



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Alphonsi Madriliensis De Vera Deo Apte Inserviendi methodo Libellvs Avreus

Alfonso <de Madrid>

Coloniae, 1608

De methodo in hoc opusculo obseruata. Cap. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48891](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48891)

eo quod scribere decreuimus, quo
possimus consequi ac seruare hanc
vitam spirituales.

CAPVT IV.

*De ordine quo procedit hoc opusculum,
& de quodā summario eorum, quæ
in sequentibus tractantur.*

AEquum esse iudicaui, vt cum
illustres personæ mundo da-
tæ sint, vt illos quorum sunt
domini illustrēt, ac virtutibus splē-
dere faciāt, illud quod hic tradimus
eomodo tradatur, quò sit doctrina
vniuerso mundo utilis quem docere
sunt obligati, vt dictum est. Hunc i-
taque ordinem seruabimus, vt duo-
bus primum sequentibus capitibus
tria ponantur, quæ omnes, potissimū
tamen illustres personas, inuitare
debent, vt summo Deo nostro serui-
ant. Simul ostendendo quod hic Do-
minus plurimi faciat animæ obse-
quia. Deinde septimo capite subse-
quetur quibus in rebus debeant ipsi
seruire diebus non festiuis, addendo

K 7 cuncta

euncta que nobis facienda sunt à mane vsque ad vesp̄eram: & quæ in illis seruanda sit directio: & ordo quo in omnibus Deo seruiatur, tam in spiritualibus quàm in temporalibus. Post hæc subiungetur decimo tertio capite, quibus in rebus Deo seruiend diebus festis: quanquam magnates & sublimiores personæ semper festiuè debeant Deo seruire. Ei autem qui doctrina quapiam & potissimū hanc iuuari cupit, notandum est, quod nō ita debeat illam suscipere, vt ea semel perlecta contentus sit eo, quod inde memoriæ mandauerit, sed eam sumere debet tanquam id quod animo deuoto sibi suæque saluti assumpsit, idque indies attentè admodum recitare seu relegere. Adeoq; expedit ita fieri, vt si ad id necesse sit, omitti alias preces, seu orationē dominicam frequentius repetitam, quæ assuevit quispiam legere, si hæc vna fieri nequeant, expedit potius tēpus impendere huic libello attentissimè perlegendo, idque animo ac desiderio in opus perducendi quæ in eo cō-

tineat

*Precepti-
ones spiri-
talis vite
sunt sepi⁹
legende.*

reinetur, quàm in recitandis illis pre-
buis: nam id Deo gratius erit.

CAPVT V.

*De tribus quæ vniuersos, potissimum
tamen illustres personas inuitare
debent, vt Deo seruiant.*

EXperientia discimus tria esse
quæ efficiunt vt debitè alicui
seruiatur. Primum est eius qui
seruit nobilitas: secundum eius cui
seruitur magnitudo ac bonitas: ter-
tium spes præmij. Tria hæc, si rectè
ea consideramus, cum alijs varijs ef-
ficient, vt nunquam omittamus ser-
uire altissimo. Primū itaq; dixi nobi-
litatē ei⁹ qui inseruit, inuitare vt be-
ne seruiat. Siquidē generositas cogit
quodammodo generosū, vt sublimi
modo perficiat opus, q̄ faciendū as-
sumpsit, idq; potissimum cū illi ne-
gotiū est cum personis generosis. V-
niuer si igitur quod ad hanc rem atti-
net, aduertere debemus qui simus, &
quantæ nobilitatis: inuenimus e-
nim vnumquemque nostrum ma-
ioris esse excellentiæ quàm sint
celesti

*Tria sunt
ad serui-
endū Deo
necessa-
ria.*

*Prima cō-
sideratio.*